Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



futura prohibetur. Sed dum inopinata salus percussionem sequitur:
saluantis uirtus cognita ardentius ametur. Cumque innox
ius flagello adteritur. et per patientiam meritorum summa cu
mulatur. Aliquando enim peccator percutitur. ut absque retrac
tatione puniatur. sicut periture iudee dicitur. plaga inimici percussi
te castigatione crudeli. Et rursum. quid clamas ad me super con
tritione tua. insanabilis est dolor tuus. Aliquando peccatorum
percutitur ut corrigatur. sicut euidam in euangelio dicitur. Ecce sanus
factus es. iam noli peccare. ne tibi deterius aliquid contin
gat. Verba enim saluantis indicant. quia peccata precedentia
habiti uim doloris exigebant. Aliquando quisque non propter
terita culpa diluenda. sed pro futura uitanda percutitur.
Quod a parte paulus de semetipso testatur dicens. Ne magni
tudo reuelationum extollat me. datus est mihi stimulus carnis
mee angelus satane qui me colafizet. qui enim non ait. quia
extulit sed ne extollat. A parte indicat. quod percussione illa
ne eueniat compescitur. Non autem que euenit culpa pur
gatur. Nonnumquam uero quisque nec propterita nec pro futu .viii.
ra iniquitate percutitur. sed ut sola diuine uirtutis poten
tia exemplata percussione monstretur. Unde cum domino in e
uangelio de ceco nato diceretur. hic peccauit aut parentes
eius. ut cecus nasceretur. Respondit dominus dicens. Neque
hic peccauit neque parentes eius. sed ut manifestentur opera
dei. In qua manifestatione quid agitur. nisi ut ex flagel
lo meritorum uirtus augeatur. Et cum nulla preterita iniquitas
tergitur. magna de patientia fortitudo generatur. Unde
isdem beatus iob prefertur prius uoce iudicis. et post
manui committitur temptatoris. quem post flagellum deus dum
remunerans familiarius alloquitur. A parte quantum de uer
bere creuerit indicatur. Amici ergo beati iob dum percussi